

# Dankbarkeit gegenüber den Göttern? – Der *gratia*-Begriff in den späten theologischen Schriften Ciceros und Senecas

Christian Hengstermann, Wuppertal

## 1. Einführung: Selbstbewegung in literarischer Performanz und Ethopoie – Der platonische Dialog in den späten theologischen Werktrilogien Ciceros und Senecas

εἰ δέ τις λέγοι ὅτι ἄνευ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἔχειν καὶ ὄστα καὶ νεῦρα καὶ ὅσα ἄλλα ἔχω οὐκ ἀν οἴός τ' ἡ ποιεῖν τὰ δόξαντά μοι, ἀληθῆ ἀν λέγοι· ώς μέντοι διὰ ταῦτα ποιῶ ἢ ποιῶ, καὶ ταῦτα νῷ πράττων, ἀλλ' οὐ τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει, πολλὴ ἀν καὶ μακρὰ ῥᾳθυμία εἴη τοῦ λόγου. τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι οἶόν τ' εἶναι ὅτι ἄλλο μέν τι ἔστι τὸ αἴτιον τῷ ὄντι, ἄλλο δὲ ἐκεῖνο ἄνευ οὗ τὸ αἴτιον οὐκ ἀν ποτ' εἴη αἴτιον· ... καὶ ώς ἀληθῶς τὸ ἀγαθὸν καὶ δέον συνδεῖν καὶ συνέχειν οὐδὲν οἴονται.

Phaed. 99a5–b4. c5f.

## 2. Schicksal und Vorsehung – Platonreferenz und -anspielung in spätrepublikanischem Libertarianismus und kaiserzeitlichem Determinismus

*similiter ad animorum motus voluntarios non est requirenda externa causa; motus enim voluntarius eam naturam in se ipse continet, ut sit in nostra potestate nobisque pareat, nec id sine causa; eius rei enim causa ipsa natura est.* Cicero, fat. 24f.

*Audiamus enim Platonem quasi quandam deum philosophorum; cui duo placet esse motus, unum suum alterum externum, esse autem divinus quod ipsum ex se sua sponte moveatur quam quod pulsu agitetur alieno. hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab isque principium motus esse ductum putat. quapropter quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur, is autem ardor non alieno in pulsu sed sua sponte movetur, animus sit necesse est; ex quo efficitur animantem essen mundum.*

Cicero, nat. deor. II 32

*... non esse materiae errantis (= τῆς πλανωμένης ... αἰτίας [Tim. 48a7]?) hunc ordinem ...*

Seneca, prov. 1,2

*... Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruio deo sed assentior, eo quidem magis quod scio omnia certa et in aeternum dicta lege decurrere. 7. Fata nos ducunt et quantum cuique temporis restat prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, priuata ac publica longus ordo rerum trahit:*

Seneca, prov. 5,6f.

### 3. Gnade und Dank – Gott und Mensch in Ciceros *De natura deorum* und Senecas

#### *Naturales Quaestiones*

##### 3.1 Der *sapiens Academicus*: Cottas Apologie der *gratia* Gottes nach der Velleius-Rede

*Epicurus vero ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum dis inmortalibus et opem et gratiam sustulit. Cum enim optimam et praestantissimam naturam dei dicat esse, negat idem esse in deo gratiam: Tollit id, quod maxime proprium est optimae praestantissimaeque naturae.*

*nat. deor.* I 121

*Si nihil aliud quaereremus, nisi ut deos pie coleremus et ut superstitione liberaremur, satis erat dictum; nam et praestans deorum natura hominum pietate coleretur, cum et aeterna esset et beatissima (habet enim venerationem iustum, quicquid excellit), et metus omnis a vi atque ira deorum pulsus esset; intellegitur enim a beata inmortalique natura et iram et **gratiam** segregari; quibus remotis nullos a superis inpendere metus. Sed ad hanc confirmandam opinionem anquirit animus et formam et vitam et actionem mentis atque agitationem in deo.*

Cicero, *nat. deor.* I 45

##### 3.2 Der stoische *progreiens*: Lucilius' Zweifel und die Wiederherstellung der *gratia cum dis* in Senecas *Providenz- und Naturschrift*

*In gratiam te reducam cum dis aduersus optimos optimis. Neque enim rerum natura patitur ut umquam bona bonis noceant; inter bonos uiros ac deos amicitia est conciliante uirtute. Amicitiam dico? immo etiam necessitudo et similitudo, quoniam quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius aemulatorque et uera progenies, quam parens ille magnificus, uirtutum non lenis exactor, sicut seueri patres, durius educat.*

prov. 1,5

*Equidem tunc naturae rerum gratias ago, cum illam non ab hac parte video, quae publica est, sed cum secretiora eius intraui: cum disco, quae uniuersi materia sit, quis auctor sit aut custos ; quid sit deus ; totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat ; faciat quotidie aliquid, an semel fecerit ; pars mundi sit an mundus ; liceat: illi hodieque decernere, et ex lege fatorum, aliquid derogare, an maiestatis deminutio sit et confessio erroris, mutanda fecisse: necesse est enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt ; nec ob hoc minus liber et potens est: ipse enim est necessitas sua.*

*nat. quaest.* I 3

### 4. Platonische und stoische *gratia* – Cicero und Seneca